

nulla conqueri planè ratione possit. *Ingenuitatis est, non arrogantiae,*
quod logumur: Quicquid ab anno usq; CIC CIC XLVII, quo sub Ver-
nale tum Examen classium superiorum adscriptitius factus fuit, in
lingvâ Latinâ, quicquid in Græcâ, quicquid in Ebræa, quicquid in
Poësi, in Rheticis & Logicis, in ipsa deniq; Catechesi Theologica,
ipsi aut nos inculcare potuimus, aut ipse capere potuit, *potuit autem*
præ plurimis plurima, bona fide exhibuimus. Nec reliqui duo, RUDE-
LIUS & TEUBERUS, justam de pari animo conquerendi habebunt
ansam, quorum priorà mense inde *Augusto anni CIC CIC XLVII, poste-*
rior à Julio anni sequentis discipuli nostri fuerunt assidui & industrii.
Censemus itaq; dignum esse, immò jubemus, ut inclutæ hujus Ur-
bis Senatui & omnibus incolis pro exhibitis variis beneficiis, quæ-
cuñq; tandem potuerint, officia homini libero & ingenuo conve-
nientia pependere satagant, præprimis, quum TEUBERUS toto illo,
quo apud nos vixit, tempore *beneficiomens & communis* largiter & suf-
ficienter exceptus fuerit atq; sustentatus: illustri sanè & immortalis
gloriæ eleemosyna, quæ huic *Vrbi* cum paucis est communis, quan-
quam nescio, qua opimiorum cœnarum fama manum contra-
hunt, quandoq; nec amplius extendunt. Ergone, mi homo, si è lon-
ginquo spes sit casuræ pluviæ, interea plantulisti fontanam invi-
debis aut denegabis? Recensebo Vobis, quod *Polycarpus Lysurus* in
capite CXXII. *Harmonia Evangelicæ* scribit de eo, quomodo ami-
ci fiant de Mammona injusto, "Procident hi amici, & coram CHRI-
STO ovibus testimonium præbebunt audientibus & ringentibus"
hircis. Hic unus dicet, Ego miser scholasticus in juventute mea pe-
riisset, & fortassis ad boves vel porcos relegatus fuisset; sed hic
vir fuit meus Patronus, meq; ad studia adhibuit, hic Princeps, illa
nobilis matrona dedit mihi subsidium studiorum. O bone JESU,
tu etiam ipsis hoc repende in vita æterna. Sic aliis dicet, Ego pau-
per & egenus fame periisset in priore vita, in lecto meo contabu-
isset, nisi hic vir vel illa matrona suis eleemosynis & medica-
mentis me recreassent. O Christe Jesu, retributor omnium bono-
rum, largiter nunc ipsis hoc retribue in cœlo. Ibi CHRISTUS di-
cet,